In nomine domini anno a nativitate eiusdem Millesimotrecentesimononagesimosexto Indictione quinta die dominico quintodecimo mensis decembris. Pavinus de capris filius quondam domini Martini civis et mercator mediolani porte nove parochie sancti bartolamei intus pro pretio et mercato fustaniorum alborum quos confessus fuit se emisse recepisse et habuisse et sibi datos et venditos esse ab Andrea de [illegible] filio quondam domini Cressini cive et mercatore mediolani porte vercelline parochie sancte marie pedonis promisit et convenit dictus debitor dicto creditori ibi presenti stipulanti et recipienti dare et solvere ei aut eius certo misso nuntio vel persone hoc instrumentum defferenti hinc ad menses sex proxime futuros in pecunia numerata tantum libras ducentum imperialium bone monete mediolani nunc currentis. Item promisit dictus debitor dicto creditori quod si dicto termino non solverit dictos denarios quod infra quintumdecimum diem post dictum terminum dabit et assignabit ei creditori pignora mobilia bona dictam debiti quantitatem valentia ad emendum et persimando [illegible] super ipso pignore predictam debiti quantitatem expensis et costis dicti debiti. Que omnia et singula si non attenderit et non observavit ut supra promisit dictus debitor dicto creditori dare et solvere ei pro pena et nomine pene solempni promisse et stipulatam deducte duplum dicte quantitatis. pena soluta et exacta vel non nichilominus rata maneant omnia et singula in hoc instrumento contenta. Item reficere omnia et singula dampna expensas et interesse litis et extra. Et predicta omnia et singula solvere dare et adimplere et de ipsis omnibus et singulis respondere Mediolani papie vercelli [illegible] laude Rome et ubique petitum fuerit sub obligatione sui et omnium suorum bonorum mobilium et immobilium etiam specialiter appellatorum et eorum que non veniunt in generali obligatione presentium et futurorum. Que bona sive pignoris ac sive precario nomine dicti creditoris constituit possidere pacto speciali ut dictus creditor in totum possit dictum debitorem in quacumque parte et terra sua auctoritate propria et sine aliquo banno et absque licentia alicuius [illegible] diebus feriatis [illegible] non obstantibus personaliter capere et eius bona ubique accipere robare [illegible] sequestrari eorum bonorum possessionem intrare ipsa vendere et alienare et in solutum accipere et retinere donec sibi de ipsis omnibus et singulis fuerit integre satisfactum. Renuntians dictus debitor exceptioni non receptorum dictorum fustaniorum ut supra statutis loquentibus de bonis debitorum dandis in solutum creditoribus privilegio sui fori et omnibus statutis et ordinamentis [illegible] reformationibus et omnibus prescriptionibus [illegible] generalem renuntiationem non valere et omni alii iuri et auxilio quibus omnibus et singulis expresse pacto speciali renuntiavit. Retinuit tamen dictus creditor in se dominium et possessionem dictorum fustaniorum donec sibi de ipsis omnibus et singulis fuerit integre satisfactum. Insuper ipsi contrahentes iuraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia manibus tactis scripturis hunc contractum esse verum et non simulatum. Actum [illegible] in porta ticinensi in parochia sancti Michaelis ad gallum in stationa notarie mei notarii infrascripti presentibus Iohanne de busti filio Ambrosii porte ticinensis parochie sancte eufemie et Xpoforo de gallarate filio quondam domini petri porte nove parochie sancte margarite notariis et pronotariis Antonino de porris filio quondam domini Matheoli porte vercelline parochie sancte marie ad [illegible] notario Iacobolo balbo filio quondam domini pagani porte ticinensis parochie sancti alexandri in zebedia et Beltramino de [illegible] filio Antonii porte vercelline parochie [illegible] omnibus testibus [illegible] et rogatis.

Ego Fabrinus [illegible] filius quondam domini [illegible] publicus imperiali auctoritate notarius [illegible] porte [illegible] parochie [illegible] ad [illegible] rogatus tradidi et subscripsi

Ego Beltraminus de [illegible] filius Iacobini notarius [illegible] porte [illegible] parochie sancte Marie [illegible] infrascripsi et notarie scripsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 21 (71)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1854327321-15
DFG

Andreas de Spina 1396 15 Dec.

Petrus de capua [illegible] ad dies vite [illegible]

Merbio 21 (71)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1854327321-15